



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad  
Dominicam Septuagesimæ

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Die 11. Ianuarii. De reditu ab Ægypto in Nazareth. Meliore rerum statu non  
magis gaudet justus, quàm deteriore doluit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44194**

Pf. 118.  
Apoc. 16.

Sap. 5.

Judith. 8.

non possit. *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. ETIAM Dominus Deus omnipotens, vera & iusta iudicia tua, cum vel detrudit animas in infernum, non possunt incusare Dei Iustitiam, sed omnes coguntur dicere, In malignitate nostra consumpti sumus. Quanto magis iustus & bonus est cum te hic punit, ne in æternum puniaris? Non ulciscamur nos pro his qua patimur, inquit bat fortissima Judith, sed reputantes peccata nostra, hæc ipsa supplicia minora esse flagella Domini, quibus quasi servi corripimur, ad emendationem & non ad perditionem nostram, evenisse credamus. Observe illud quo utitur, verbum, non ulciscamur. Est enim quoddam ultionis & vindictæ genus in Deum, cum nimis contristati contrariis eventibus rationes prætendimus nostræ tristitiæ & afflictionis, quasi vellemus illum arguere aut nos*

ita iustificare, quasi hoc immeritò pateremur quod patimur, hoc est ut illa ipsa Judith admonerat, *improperium murmurationu sua contra Deum proferre; Unde & ipse Dominus, Nunquid irritum, inquit, factes iudicium meum; & condemnabam me ut tu iustificaris? Vides quam id sit injustum & impium! sed videsne quoties hanc impietatem admiseris? Ingemisce, & deinceps illud Davidicum in adversis habeto familiare, Obmutui & non aperui os meum quoniam tu fecisti. Et in illatis injuriis, Dominus præcepit ut malediceret, & qui est qui audeat dicere, quare si fecerit?*

Vide Feriam 2: infra Hebdomadam sextam post Epiphaniam: Ferias Quadragesimæ, & præsertim Passionis, ac Verbo *Adversitas*.

Iob. 40.

Pf. 38.

2. Reg. 16.

## DIE XI. IANVARIJ.

### DE REDITV AB ÆGYPTO IN NAZARETH.

*Surge, & accipe Puerum, & Matrem eius, & vade in terram Israel: Defuncti sunt enim qui querebant animam pueri. Math. 4.*

#### VERITAS PRACTICA.

Meliore rerum statu non magis gaudet Iustus, quam deteriore doluit.

*RATIO EST* Quia idcirco deteriore statu non doluit Iustus, quod in illo magis spectaret divinam voluntatem, quam suum particulare commodum vel incommodum.

Sed in meliore statu sic Iustus magis Deum considerat, quam seipsum.

Tum ergo non magis gaudet quam ante doluit. Quod perfecta Indifferentia est, à paucis cognita

#### I. P U N C T U M.

**J**AM de sancto Iosepho secedente in Ægyptum, dixerat Evangelista: *Et erat ibi usque ad obitum Herodæ. Tum vero paulò post; Defuncto, inquit, Herode, Ecce Angelus Domini apparuit in somni Ioseph in Ægypto, dicens, Surge & accipe Puerum & Matrem eius, & vado in terram Israel. Ac denique, hanc subjungit rationem, Defuncti sunt enim qui querebant animam pueri. Cur sic toties sit mentio de Herodis obitu? Nempe ut advertas diligentius, sic divinam Patris æterni providentiam suaviter & tempera-*

tè omnia disponentem, ut non prius Filium ab Ægypto revocaverit, quam defunctus ille fuerit cuius causa Filius in Ægyptum secesserat; neque prius illum defungi voluerit, quam naturalis vitæ cursus exigeret. O rem planè miram! Ecce nec pro Filio suo carissimo vices rerum aut ordinem mutat Deus: & tu sæpè velles tui causa perverti omnia! Confundere ad hanc perversitatem animi tui, & cum Davide dicito: *Dixi, Deus meus es Tu, in manibus tuis sortes meæ.*

Monitus ergo Ioseph ab Angelo, statim accipit Puerum & Matrem, & venit in terram Israel, iterumque admonitus secessit in partes Galilææ, & habitavit in Civitate Nazareth, Quando putas cum gaudio, quantaque communi Triumphantia? Certe non videtur alienum à pietate & Iustitia, si cogitentur Sanctos hos Exules tantisper recreatos fuisse; vel cum primùm auditus est repetendæ patriæ nuncius, vel cum foeliciter eò remearent, ubi meliusculè Pueri Jesu futurum esset. Cave tamen putes, tum eis accidisse quod sentis in meliore rerum statu; cave putes exultaverint inordinato gaudio, gesticerint insolita quadam latitia, aut sermones longos de re sua miseruerint. Sūt hæc solita scilicet humanæ levitatis probra; sed vir Iustus & fortis, sui semper similis

sicut

Pf. 30.

ſicut adverſis non frangitur, ſic neque proſperis emollitur. Sua ſecum ſic portat omnia, ut nulla rerum mutatione mutetur, nec triftiorem illum aut lætiorẽ videat ulla dies; quæ ſi de paganis dicuntur, quãto magis de Chriſtianis, quãto veriùs de his dici debet, *Meliorẽ rerum ſtatu non magis gaudet iuſtus, quàm deteriorẽ doluit?*

Hoc tibi modò eſt expendendum ad praxim; Et Ratio quidem eſt facilis ad intelligentiam, ſed praxis non ita expedita, quam obicem non lewiter inſiſtendum in eo quod ponitur fundamento: Unam Dei Voluntatem ſpectare Juſtum, hæc unam eſſe cauſam, cur in deteriorẽ rerum ſtatu non doleat, quia videlicet magis ſpectat divinam ordinationem, quam ſuum privatum commodum aut incommodum. Hoc omni jure exigitur, hoc Juſtitia & æquitas imperant, & hoc recitat ratio, ne dicam fides, religio & pietas ſtatuit; ut quàm Deus infinite ſupra nos eſt, ſic divinæ Voluntati noſtram modis omnibus ſubjiciamus. Nam ſi Juſtitia eſt ſuum cuique reddere, cum id maxime repetitur: cur non ſe ſuaque Juſtus redderet Deo repetenti, cuius te totum quod eſt eſſe agnoſcit; aut niſi ſe Ei redderet, vel niſi ſe ejuſ eſſe agnoſceret, quomodo juſtus eſſet? Hinc ſicut palma juſtus floret, quia, ut notat S. Gregorius, *habet hoc mirum præ cæteriſ arboribus palma ut cum vix terra hæreat, totaque in cælum ſeſe extendat, nullo pondere premitur, ſed magis preſſa exaltatur*: Sic plane Juſtus non humanis & terrenis innixus rationibus, ſed divinis, nullo adverſitatum pondere ſedatur ſed potius induratur. Sic de Juſto Tobia dicitur, *Non eſt contriſtatus contra Deum, quod plaga cæcitate evenerit ei, ſed immobilis in Dei timore permansiſt, agens gratias Deo, omnibus diebus viſa ſua. Itane tu?*

## II. PUNCTUM.

**S**ED in meliore rerum ſtatu ſic iuſtus Deum magis conſiderat quàm ſeipſum.

Nam cum melior ille ſtatuſ ſit æquẽ à Deo atque deterior, cur non in illo Deum, Juſtus æquẽ ſpectet ac in iſto? Nonnẽ id æquẽ Juſtitia poſtulat, quæ eſt conſtans & perpetua voluntas reddendi quod cuique ſuum eſt? An non minus ſe Dei eſſe cognoſcit Juſtus, cum meliùs à Deo ſibi eſt, quàm cum deterior? Imo nonne ſuum magis benefactorem tum agnoſcat, quando ſe magis ipſe Benefactor ſuis beneficiis agnoſcendum facit? Quid à Juſtitia magis alienum, quàm ei minus reddere cui plus debeas; aut

quàm ſe minus ei reddere cui te totum magis debeas?

Nonnẽ hoc eſt quo ingratitude notatur, & quod ingratis Deus exprobrat, *Incrassatus eſt dilectus & recalcitravit; incrassatus, impinguitus, dilatatus, devoluit Deum Factorem ſuum, & recessit à Deo ſalutari ſuo. An velles hoc tibi objici? an te verẽ juſtum crederes, ſi tibi hoc vere objiceretur? Multus eſt in his Dominus, quo injuſtitiã & impietatem noſtram nobis repræſentet. Ego planta viſa vineam electam, omne ſemen verum; quomodo ergo converſa eſt mihi in prævum, vinea aliena? Id quidem ſit naturaliter, ut nos magis quam Deum amemus, ut magis dona quam donantem ſpectemus: ſed naturam Ratio & Fides corrigunt, aut niſi corrigant, natura valde prava dicenda eſt. Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan. Vide caput integrum Prophætæ valde aptum his ſuſius declarandis.*

## III. PUNCTUM.

**M**ELIORE igitur rerum ſtatu non magis gaudet iuſtus, quàm deteriorẽ doluit; Quia ſi in deteriorẽ non doluit, ne à Deo recederet, quem ſpectare debebat in adverſis; non debet meliore gaudere, ne inani hoc gaudio, ſe potius ſpectet quàm Deum, ſeque ab eo diſiungat, cui non minus tamen adhærere par eſt, in proſperis, quam in adverſis, *Pondus æquum voluntas Domini*, ait Sapiens. Id eſt, Dominus vult ut æque ponderes quidquid ab eo accidit, & æque uno magis gaudeas aut contriſteris quàm alio; Vel ſic aptus. Quidquid vult Dominus debet nobis æquum pondus eſſe, ut non magis in unum propendeamus quàm in alterum, ſed unam in omnibus ſpectemus ejus voluntatem. Quò etiam referri poteſt quod idem Sapiens eodem Proverbiorum libro: *Pondus & ſtatera judicium Domini ſunt*. Id eſt, quidquid de nobis Deus ſtatuit, ſive id proſperum, ſive adverſum ſit, ſic utrumque in pondere & meſura nobis eſt ordinatum, ut nobis etiam excedere vel deficere non liceat, in illis acceptandis.

Non omne quidem gaudium in proſperis, ſicut nec omnis ſenſus doloris in adverſitate prohibetur, ſed utrumque Juſtus affectum ſic temperat & conformat Divinæ Voluntati, ut non magis gaudeat aut contriſtetur quam velit Deus; imò nec gaudeat nec contriſtetur, niſi quia Deus ſic eum vult gaudere aut contriſtari. Sic enim *maſtũ rebũs quadam ſapẽ jucunda permisceet*, ut

Q<sup>2</sup>

obg

Pſ. 91.  
Lib. 19.  
Moral. 6. 25  
26.

Tob. 2.

Deut. 32.

Ier. 2.

Ezech. 16.

Prov. 11.

Ibid. 16.

Hom. 3. in  
Matth.

observat sanctus Joannes Chrysostomus, Neque  
sues tribulationes, neque iucunditates sine habere  
continuat, sed tum de adversis, tum ex prosperis,  
iustorum vitam quasi admirabili varietate con-  
textit. Quod deinde probat in persona sancti Jo-  
sephi, & tum hic, tum aliàs docet, quod licet sta-  
tus Iustorum mutaretur, non tamen Iusti mu-  
tentur: aut certè si mutari videntur, non tamen  
alii sunt animo, sed sensu quodam duntaxat gau-  
dij & tristitiæ, qui nihil eorum animum tangat,  
neque vultum ipsum afficiat; ut de unoquoque

eorum dici possit, quod de Anna matre Samue-  
lis, Vultus illius non sunt amplius in diversa mu-  
tati; aut sicut de Davide, Sic est Dominus meus  
Rex sicut Angelus Domini, ut nec benedictione, nec  
maledictione moveatur. Tandè minùs es iustus  
quantum ab hoc distas statu. Inquire quantum,  
neque cesses, Donec implearis agnitione volunta-  
ti Dei, nullus ut super sit locus aliis rationibus &  
affectibus.

Vide in Indice Verbo Indifferentia, Resigna-  
tio.

1 Reg. 1.

2 Reg. 14.

Coloss. 1.

## DIE XII. IANVARII. DE TRIDIVANA COMMORATIONE PVERI JESU DUODENNIS IN TEMPO.

*Remansit Puer Iesus in Ierusalem, & non cognoverunt  
parentes eius. Luc. 2.*

### VERITAS PRACTICA.

Sensitivæ devotionis subtractio, veræ & solidæ  
Devotionis est probatio.

**RATIO EST.** Quia veræ & solidæ virtutis tunc  
est probatio cum necessitas & difficultas simul  
occurrunt in ejus exercitio.

Sed subtracta devotione sensibili, tunc necessitas &  
difficultas Devotionis exercenda simul occur-  
runt.

Ergo tunc veræ & solidæ est Devotionis probatio;  
ac proinde fideliter exercenda est, exemplo Bea-  
tissimorum Parentum Iesu quem à se subtra-  
ctum quarunt & inveniunt, in templo Ieroly-  
mitano.

### I. PUNCTUM.

**C**VM factus esset Iesus annorum duodecim,  
ascendentibus illi Ierusalem, secundum  
consuetudinem diei festi, consummatique  
diebus, cum redirent, remansit puer Iesus  
in Ierusalem, & non cognoverunt Parentes eius.  
Videri possunt quæ plura referuntur ab Evange-  
lista, & in unoquoque eorum, tantum immora-  
re, quantum devotio retinebit, ac tandem per-  
volutis attentè mente omnibus, sic tecum sta-  
tues, mirabilem hanc pueri Iesu à parentibus in-  
scis separationem, nihil aliud magis innuere  
quam subtractionem illam Gratia & devotionis  
sensibilis, quæ sic nobis interdum ab illo contin-

git, ad probationem veræ & solidæ Devotionis, seu  
ad experimentum, utrum vera sit an solida no-  
stra devotio. Quod certè maximopere est consi-  
derandum, ut quid tunc factò sit opus, attentè  
prævideamus.

Hoc itaque primum quod offertur ad propo-  
sitæ Veritatis declarationem, diligenter expen-  
de, tunc esse veræ & solidæ virtutis cujuslibet  
probationem, quando necessitas & difficultas  
occurrunt in ejus exercitio. Dicitur autem ne-  
cessitas virtutis exercendæ, quando in contrariis  
abires vitium, oppositumque peccatum, nisi vir-  
tutem exerceret. Non est enim major necessitas  
quam non peccare, nam ipsa vitæ degendæ ne-  
cessitas illi cedit, Vna est inevitabilis necessitas,  
Deum non offendere, inquit S. Joannes Chryosto-  
mus, Imò hoc unum necessarium, de quo Chri-  
stus Dominus, cum in fuga peccati potissimum  
consistat nostra salus, divinusque cultus.

At verò cum tantæ necessitati jungitur diffi-  
cultas exercendæ actu & re ipsa virtutis, Unde-  
cumque tandem difficultas proveniat, tunc ma-  
ximè dicitur probari virtus, an sit vera & solida,  
quia tentatur & sollicitatur animus ex diversa  
parte ad virtutem & vitium, Necessitate virtutis  
excitatur ad ejus exercitium, sed ejusdem diffi-  
cultate, inde avocatur. Tribulatio, seu difficultas,  
inquit Apostolus, patientiam operatur, patientia  
autem probatione. Quod & S. Jacobus paulò ex-  
pressius, Omne gaudium existimate fratres mei,  
cum in tentationes varias incidistis, scientes quod  
pro-

Hom. 5. ad  
popul.

Luc. 10.

Rom. 5.

Iacob. 1.

pro-